



## Universitätsbibliothek Paderborn

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

44. De gestis Longobardi regis Chuneberti offensi mandato, equus in  
domitus Episcopo tributus, mansuescit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

**T**Empore Synodij Episcopi Euarius rex Gothorum excedens Hispanum limitem, grauem in Gallijs super Christianos intulit persecutionem. Truncabat passim peruersitati suæ non consentientes, clericos carceribus subigebat: sacerdotes verò, alios dabant exilio, alios gladio trucidabat. Nam & ipsos sacrorum templorum aditus, spinis iusserat obserari, scilicet ut raritas ingrediendi obliuionem facheret fidei. Maximè tunc novem populanæ geminæque Germaniæ vrbes ab hac tempestate depopulatae sunt. Extat hodieque & pro hac causa ad Basiliū Episcopum nobilis Sidonij ipsius epistola, quæ hac ita loquitur: Sed persecutor non post multum tempus ultione diuina percussus interiit. *Paulus Diaconus libr. 6. cap. 3. De gestis Longobardorum regis Chuniberti offensi mandato, equus indomitus Episcopo tributus, mā. suescit.*

## C A P. X L I V.

**C**VM Ioannes Episcopus Bergomatis Ecclesiæ, vir miræ sanctitatis cum rege Chuniberto in conuiuio sermocinatur, eumque fortè offenderet: rex illi in holpitium reuertenti, equum ferocem & indomitum, qui immenso fremitu super se sedentes terræ allidere solebat, præparari fecit. Cui cùm dictus Episcopus supersedisset, ita manuetus extitit, vt eum blando incessu usque in

domu  
diens,  
o col  
ioni, t  
Pauli  
De  
Tri  
hos  
A  
Chuni  
tisfura  
cum C  
palzati  
que ad  
secum  
Severi  
Alahis  
us ge  
lllice  
etrum  
moni  
osit,  
anis.  
camus  
desen  
super c  
erentis  
ego fac

domum propriam deportaret. Quod rex audiens, & Episcopum ex eo die honore debito coluit, & ei ipsum equum, quem suæ sesioni, suoq; vsui destinauerat, largitus est.

*Paulus Diaconus lib. 5. cap. 15. & sequentibus.  
De gestis Longobardorum, De Alahi duce  
Tridentinorum, Ecclesiasticorum omnium  
hoste, eiusq; funesto interitu.*

## C A P. X L V.

**A** Lahis dux Tridentinorum, cùm omnes <sup>cap. 15.</sup> clericos odio prosequeretur, oblitus summorum beneficiorum, quæ in eum Chunibertus impenderat, oblitus etiam iurisurandi, quo ei fidelissimus fore iurauerat, cùm Chunibertus abesset, regnum etiam & palatium Ticinense inuasit. Chunibertus itaque ad Alahim nuncium misit, mandans ei, vt <sup>cap. 17.</sup> ecum singulare certamen iniret: nec opus est ruriusque exercitum fatigare. In quæ verba Alahis minimè consensit. Cui cùm vñus ex his genere Tuscus suaderet: virum fortem silicosumque appellans: vt contra Chunibertum audenter exiret: Alahis respondit: Chunibertus quāuis ebriosus & stupidi cor- isit, tamen valde audax est, & miræ fortitudinis. Nam tempore patris eius, quando nos eramus iuuenuli, habebantur in palatio arietes seu verueces miræ magnitudinis, quos ille super dorsum illorum lanam apprehendens, extenso brachio à terra leuabat: quod quidem eo facere non poteram. Quod Tuscus ille au-

Ee diens,